a Contristatus. Ut discubentib⁹ videbatur. Talis quippe erat tristicia herodis ꝗlis pnia videlicet pharaonis. b Et decolla. Minutus est Johānes capite: exaltatus ē in cruce christus: qz illius fama decreuit: istius creuit. vnde: Illum oportet crescere me autem minui. Jn truncato capite Johānis ostenduñ iudei christū (qui est caput omniū

Job.3.d

Moralit

ppheta rū) perdidisse. Moralit. Mors Johānis finē significat legis: qna finita meritomigratur ad christum qui ē finis legis ad iusticiā omni credēti. c Et sepelierūt. Johānes apud macherōta sepultus est. Narrat Josephus vincū Johannē in castellū macherontā addūctum: ibi ꝙ truncatū. Et ecclesiastica historia sepultum eū in sebaste vbe palestine q̄ quōdā samaria dicta fuerat: ꝛ a tēpore Juliani ꝑncipis paganos imitendes christianis: ꝙ sepulchrū eius pia sollicitudine frequentabant: inuasisse monumentū: ossa dispersisse per campos: ꝛ rursū collecta igne cremasse ac denuo dispersisse. Jf fuerunt tunc tēporis ibidem de hierosolymis monachi qui mixti paganis ossa legētes: matrimā eorum partem congregauerūt: et ad patrem suum hierosolymā detulerunt: at ille misit ea beato Anastasio alexādrie episcopo: ibi ꝙ seruata vsqz a tempore Theophili eiusdem vbis episcopi. Johānes figurā legis tenet: Herodes significat populū iudaicum qui sibi velut vxorem gentilis populi de eodem parente progeniti sociauit infidelitatem. Quod quia vetat Johānes tanꝙ lex clausa tenetur: ꝛ vocem dare non permittitur. Ad vltimū in natali herodis: id est in expletione naturalis voluptatis saltat filia: id ē exultat ꝑuana voluntas ex infidelitate orta. Et postulat addi ad delitias suas caput Johānis: id ē auferri christū de intellectu legis: et per filiam deferē matri: quia per ꝑauam voluntatem satis fit infidelitati. Quo facto discipuli Johannis: id est auditores legis corpus Johānis sepelierunt. i. carnales in se obseruantias extinguūt: et sic a lege ad ēuāgelizz venientes: verbi dei auditores solliciti fiunt. d Quod cuz audisset iesus. Postqꝫ apud iudeos lex et ppheta caput perdit ꝛ vocem iesus transit ad desertum ecclesie locū que ante non habebat virū. e Secessit. Non fugit timore: sed secessit parcens inimicis ne homicidiū homicidio iungerent: dans exemplū virande temeritat'. Vel secessit vt ꝓbaret fidez credentium. vñ: Et cū audissent turbe ꝛc. f Pedestres de ciuitatib⁹ ꝛc. Proprio labore vt ardorē mētis ostenderent. Relinquunt ciuitates. i. ꝑistinas conuersationes. Habent voluntatē sed non vires ꝓueniendi. Jdeo iesus obuiam exit et inserit⁹ curat: vt plena fides statim ꝑmium habeat. Ecce quātū delectat deuotione credentium. g Vespere aūt facto. Recedit iesus ꝺ iudea: vadit in desertū turbe sequunt': quib⁹ obuiat ꝛ curat. Hoc non mane vel meridie ꝺ vespere quādo sol iusticie occubuit ꝛ finis mundi appropinquit. h Discipuli. Carnales: ꝛ de futuro miraclo refectiōis ignari: qb⁹ dictū erat:

Ysa.10.a In viā gētiū ne abieritis. Mystice. Fastidiūt iudei gētes recipi ꝛ murāt: qꝫ voce vtik Ysaias. Ecce gētes ꝗs stilla situle. Jtez oēs gentes

Ysa.40.d Ibidem ꝗs nō sint: sic sūt coꝛā eo. Sz dñs p aplos reficere decreuit. vñ sequit: Jesus aūt ꝛc. i Dimitte turbas. Diu ē ꝙ idola sequt: ideoqꝫ nō ē a nob⁹ pascenda pane vbi dei. Dimittet ꝛc. Jdis Marc⁹ ꝛ Lucas ꝓsentiūt ꝺ ptermis

Job.6.a so: nō habēt necesse ire. Johānes aut: ꝓspectis turbis dñz ꝗsiisse a philippo tētādo: Unde emem⁹ pa. vt mā. hi. Intelligit ergo discipulos ꝓprius rogasse: vt dimitteret turbas. Post hec xo verba dominū insperisse multitudinē et dixisse philippo: qꝺ Jobes memorat. ꝛ isti pretermittūt. Deinde qꝺ Philippus apud Jobez respōdet: ꝺ Marc⁹ a discipulis esse respōsū cōmemorat: volēs ꝺ itelligi ex ore ceteroꝝ Philippū respōdisse. k Date illi. Prouocat ad dādum vt illis se nō habere testantib⁹ notior sit magnitudo signi: vbi etiā innuit qꝺ eos sūt pascenda ieiuna corda. l Quinqꝫ panes et duos pi. Per q̄nqꝫ panes ꝛ duos pisces totum vetus testamentū signat. Per quinqꝫ panes quinqꝫ libri moysi: qui bene dordeacei: qui cibus ē iumentoꝝ, rudib⁹ eni aspera ꝛ grossa dāda. Ani-

cunqꝫ postulasset ab eo. At illa ꝑ a

a ꝗ timēte ne herodes aliquando cum fratre suo conueniret.

monita a mātre sua: da mihi inquit ꝺ in disco caput iohannis bapti

a ꝗ ve simulatori ostēdit in ꝗ se reū innuit. ꝗ tristi cā ꝓferebat in facie cū lerareturin mente.

ste. †Et ꝓtristāt' ē rex: ꝑpter iusiu b

a ꝗ sub occasione ꝑcatis impi⁹ fuit dum iuramēto scelus exeusat. ꝗ alis iuramentum.

rādū ꝛ ꝑpter eos q̄ pariter recū-

ꝗ ve omnes fierent consortes sceleris.

bebāt: iussit dari. Abiitqꝫ ꝛ decol b

ꝗ in paschalibus diebus.

lauit iohānē in carcere. Et allatū c

est caput eius ī disco: ꝛ datū ē puꝑ

ꝗ vt habeat in potestate linguā que illicitas nuꝑnas arguit.

elle: ꝛ illa attulit mri sue. †Et acce d

dētes discipuli ei⁹ tulerunt coꝛp⁹ e

ei⁹ ꝛ sepelierūt illud: et veniētes c

a ꝗ ds iohānes passus est.

nūciāuerūt iesu. † Qꝺ cū audisset f

iesus secessit inde ī nauiculā in lo g

a ꝗ cum predicatio christi fieret in gentib⁹ multitudo credidit in eum.

cum desertum seoꝛsum. Et cū au- f+

dissent turbe: secute sunt eum pe-

ꝗ ve mentis ardorem ostenderent.

destres de ciuitatibus. Et exiēs

ꝗ amauit.

vidit turbam multam: et miser-

a ꝗ magna retributio laboris eorum.

tus est eis: et curāuit languidos k

eoꝛum. † Uespere aūt facto accesg+

serunt ad eū discipuli eius dicenb

tes: Desertus est locus ꝛ hoꝛa iā m

a ꝗ tanto ꝛpe idolatre fuerunt.

ꝓterijt. Dimitte turbas vt eun

a ꝗ. i. a suis pharisēis mirant sibi escam.

tes in castella emāt sibi escas.

Jesus autez dixit eis: Nō habēt

ꝗ vt aliunde queant cū ego sum ꝑnis.

necesse ire: date illis vos mandu n

care. Respōderunt ei: Nō habe

mus hic nisi q̄nqꝫ panes ꝛ duos

patet qꝺ pauperes sequebātur christum equos nō habentes. Sequitur: k Et curauit languidos eoꝝ: in quo verbo miracula mīta includit: quia nomine languoris intelligitur omnis infirmitas. l Uespere autem facto accesserunt ꝛc. Hic consequenter ponitur secundus miraculum de multiplicatione panis. Dicit ergo: Uespere autez facto: ex quo patet deuotio populi ad christum: quia nec ꝑpter noctem imminentem recedebant ab eo. Sequit: m Et hoza iam ꝓterijt. redcūdi: scilicet ad ꝓpria ꝛ q̄escēdi. Sequit: n Date illis vos mādu care. Joh. vj. dicitur qꝺ petiuit a Philippo: vnde ememus panes: et hoc est verum: quia primo interrogauit eum tentans eum: quia sciebat quid esset facturus: vt ibidem dicitur, et postea dixit illis quod hic ponitur:

Et cum

1.Cor.4.b malis enim homo nō percipit ea que sūt spiritus dei: intus tamen latet medulla suauissimi sensus. Per duos pisces ꝓphete ꝛ psalmi. vnde ꝛ post re-

Luc.24.f surrectionē ait: Que scripta sūt i lege et prophetis ꝛ psalmis de me. Discubuere autem alij quinquageni. alij centeni. Diuersi discubitus: diuersi sunt ecclesiarum conuentus qui vnam faciunt catholicam. Jubilei requies q̄nquageny mysterio ꝓtinenꝫ. Quinquagenarius enī bis ductus centū facit: qz ꝓius a malis actib⁹ quiescitur vt post ala plenius quiescat in cogitatione. Quidā igit' q̄nquageni: qz q̄dā sunt q̄ a malis actibus habēt requiē. Quidā centeni: qz sunt qui a malis actibus ꝛ ꝓauis cogitationib⁹ habent requiem mētis. a Acceptis q̄nqꝫ ꝛc. Accepit q̄nqꝫ panes: nō nouos creauit: qz veniens i carne nō alia q̄ ꝑdicta erant ꝑdicauit ꝛ ope impleuit.

b Benedixit ꝛc. Cum aperiens sensum vt intelligerent scripturas: dono interne suauitatis multiplicauit. Fregit cuz mysteria legis in medium protulit. c Reliquias ꝛc. Secretiora q̄ a rudibus capi nequēnt: non sūt negligēter habēda: ꝛ a duodecim aplis qui ꝙ cophinos. xij. significant: et ab eoꝝ successorib⁹ diligenter inqrenda. Cophinis seruilia opera gerunt: et de⁹ infirma mundi elegit vt confundat fortia. d Quinqꝫ milia. Pro q̄nqꝫ sensibus coꝛporis: bi sunt q̄ in seculari habitu exterioꝛib⁹ recte vti nouerunt. Ibi quinqꝫ panibus. i. legalibus ꝑceptis adhuc necesse ē vt instituant. Uā q̄ mundo integre renūciant: ꝛtuoꝛ milia sunt: ꝛ septem panibus. i. euangelica ꝓfectione sublimes ꝛ ꝙuali gra reficiunt. Qꝺ alibi narrat ꝺ miraculū

Joh.6.a panū scriptur⁹ Jobes ꝓmisit: qz ꝓrimum erat pasca dies festus iudeoꝝ. Matthe⁹ xo ꝛ Marc⁹ hoc

Dar.6.b moꝛ occiso Johāne cōmemoꝛāt factū. Unde colligit Jobem iminente eadē festinitate fuisse decollatū: et anno sequēte cū denuo pasca rediret: mysteriū ꝓtracte passionis esse completuꝫ. e Exceptis mulie. Seruus fragilis ꝛ minoꝛ etas sūt numero indigni. Significat infirmos i fide nōdum idoneos pugne. f Et statim. Quia vt ait Jobes vēturi erāt vt facerēt eū regē q̄ miraculū panū viderant:

Joh.6.b quos fugit. docēs nos fugere de bonis nr̄is fauoꝛem. Crucifixoꝛib⁹ xo ꝓmpt⁹ occurrit: vt paratus sim⁹ ad aduersa cauri ad blāda: ꝓ quibus ne nos emolliāt oꝛem⁹. g Precedere trās. Quo ꝑcede

Dar.6.f rent Marc⁹ ostendit ad bethsaidam que est in galilea: ciuitas Andree et Petri ꝛ Philippi ꝓpe stagnum geneçareth qꝺ sz et mare galilee. Sz et tyberiadis a ciuitate tyberiade. Sed quō dicit Marc⁹ pacto miraculo panū isse ad bethsaidā: cuz Lucas dicat ꝺ ipm factū esse in loc' bethsaide? Sz Lucas aut in desertis locis nō vicinis ciuitati tū principibus ad eā. Marc⁹ de ipis ꝓfinibus ciuitatis. Uñ Lucas nō dicit i desertuz locum q̄ bethsaida: sed qui est bethsaide. Johānes autem dicit manducasse panē iuxta tyberiadē: et inde discipulos venisse trans mare in capharnaū que ambe sunt ciuitates in galilea. b Ascendit. Pauit turbā vt deus: ascedit orare vt homo. Non q̄ oīa non habēs i potestate: sed vt formā hominis impleret. Jn hoc officium pietatis est: sequit insigne potestatis miraculum. c Uespere aūt. Merito dicit hec tēpestas esse in vespere: quia dum ecclesia in tribulatione ē: dicit esse quasi in nocte: ꝛ sol iusticie se abscondisse videt. k Nauicula autez. Nauis in medio mari: solus iesus in terra: quia aliquando ita ē ecclesia non modo afflicta sed ꝛ fedata vt ꝓrsus videatur derelicta a deo: sed deus eam non relinquit. vnde Marcus ait: Vidit eos laborantes remigādo. Et si non ꝑsens: et si differt: tamen videt et corroborat. l Quarta āt. Tota nocte periclitant'. quia cum se homo cōsiderat nihil inuenit nisi tenebras angustiarū ꝛ estus hostium. Sed quarta vigilia dominus venit: id ē tam diluculo cum mentē ad ꝓsidium dei erigit ꝗs inter tenebras ortum luciferi videt qui diem nūciat. Lucifer ad ꝓius tres horas noctis: id est totā vigiliam matutinā illuminat. adest dominus qui sopitis periculis ꝓgredit. m Uenit ad eos ꝛc. Marcus ait: volens ꝓterire eos: ꝓ quibus tamē liberandis venit. Quod fit vt ad horā turbari: sed moꝛ liberati ampli⁹ stupebāt et gratias agant: qꝺ idem sepe fit in passionibus sanctoꝝ. n Et videntes ꝛc. Quia sepe fit vt cū aliqua subito diuine tribulationis oritur sedatio: non statim credatur vera liberatio. Jdeoqꝫ permanente ꝓiori formidine intensa ad liberationem dirigitur oratio.

ꝗ legis intellectū ad me referte.

pisces. Qui ait eis: Afferte mihi illos huc. Et cuz iussisset turbam a

ꝗ studio cōtinēcie calcara carne.

a discūbere sup fenū: acceptis q̄nqꝫ panibus et duobus piscib⁹ aspi- b

a ꝗ ve nos surſū habere corda doceret. ꝺ ꝗ intelligi non in eoꝛ diuinerentur.

b ciēns in celuz benedixit ꝛ frēgit: c

a ꝗ ꝓius aplis dederat sensū vt intelligerēt scripturas ꝺ ꝙ mysteriū aplozꝝ alijs exponunt.

et dēdit discipulis panes: discia

a ꝗ intellexerūt. ꝗ edēt pauperes ꝛ saturabūt.

puli autē turbis. Et mānducaue c

rūt omnes et saturati sunt. Et tu

lerūt reliquias: duodecim cophinos fragmentoꝝ plenos. Manb

ducātiū autem fuit numer⁹ q̄nqꝫ c

milia viroꝝ: exceptis mulierib⁹ ꝛ d

paruulis. †Et statim compulit di ꝺ+

scipulos ascēdere in nauiculam: e

et ꝓcedere eum trans frētū do- f

nec dimitteret turbas. †Et dimiſ †

ꝗ sic ꝺ bū oīa mēte surſum a terrenis eleuat.

sa turba ascendit in montē solus g

a ꝗ nō ꝓ se sed ꝓ nobis. b ꝗ nocte tribulatiōis appropinquāte dissimulat opem ferre.

oꝛare. Uespere autē facto: solus h

a ꝺ bū iesus abierat. ꝗ significat labores ecclesie in hoc seculo dum tendit ad patriam.

erat ibi. Nauicula autē in medio ꝛ+

mari iactabatur fluctibus. Erat

a ꝗ malozū spirituū flatus.

enim contrarius ventus. †Quar f+

ta autem vigilia noctis venit ad g

ꝗ er si pondus carnis habēs. ꝗ comprimēs prēsuras secuti.

eos ambulās supra mare. Et vi- b

dentes eum supra mare ambulā

tem: turbati sunt dicentes: quia i

a ꝗ magni timoris iudicium est confusus clamoꝛ et incerta voꝛ.

fantasma est. Et ꝓ timoꝛe cla- k

ꝗ qz ꝓpe est oibus timentibus eum.

mauerūt: statimqꝫ iesus locutus

a ꝗ contra desperationem.

est eis dicens: Hābete fiduciam:

tur tentationibus. Sequitur: f Quarta autem vigilia noctis. Ista erat cōsuetudo antiquoꝝ in exercitibus qꝺ noꝛ in quattuoꝛ partes diuidebatur: et in qualibet parte diuersi milites sibi succedentes vigilabant ad custodiam exercitus. quarta ergo vigilia est vltima pars noctis. Ex ꝗ ptz qꝺ in trib⁹ ꝓtib⁹ ꝓcedētib⁹ ī piculo fuerāt. g Uenit ad eos ambulās supra mare. ex piculo eni ꝓcedēti lōgo mag' desiderabāt adnē tū xpi. h Et vi. cū su. ma. am. ttit. sūr. ꝓt visionē insolitā. i Putauerūt: qz fantasma ē. i. apparitio rei nō existētis. k Et ꝓ timo. cla. ne esset apparitio alicui⁹ spūs maligni nocē volēt'. ꝛ isto iesus assecurauit eos dicēs: Ego sū. Sequitur:

Respōdēs

Ego sū

a Ego sū. Nō supponit q̄ sit ex voce sibi nota poterāt eū cognoscere. Vel quia
Exo.3.b ipe ē q̄ dixit: Qui ē missit me ad vos.
b Dñe si tu es. Si tu es ille liberator: iube me venire ad tuā imitatiōes superā
do pressuras.
c Et detēdēs.
De humano desperans adiutorio: mēte calcas pressuras vt ie
sus sit cōformis.
d Ambulabat sup. Ecce bō super aq̄s ambulat. Me ꝯ dubi
tes rpm verum corp⁹ cē: q: sup aquas ambulauit. Sup mare ambulare fecit: vt ostēdat diuinā ptātes. Vergi facit: ne infirmitatem obliuiscat: ne puter se equalem deo: et ne superbiat.
e Et cū ce. nō. Paululū relinquit tentationi vt augeat fidē. Vt enī credidit se eius imperio posse fluctib⁹ sustentari: sic dum mergit posse ei⁹ virtute saluari.
f Cessauit ventus. In quocunq; de⁹ p gratiaz adest mox vniuersa bella quiescunt. g Et adorauerūt nō. Viso signo filiū dei confitentur cur ergo Arri⁹ creaturā cē predicat: h In terrā ge. Alleg. Genesar interpta tur ox⁹ principium. per typuz ē apl̄oz nauis i telligēdū ē eccle siā de psecutiōibus liberataz a dño duci ad litus. i. quietem: vbi paradisi restituetur beredi tas: et pme stole iocunditas.
i Fimbriaz nō. id ē minimū mādatū: vl caro qua ad verbū dei venim⁹: quā q̄ credēdo tāgit ab oi morbo impietatis sanat. k Et ex veste fimbria: ita ex ipō virt⁹ spūssancti: q̄ apl̄is data salutez bis qui tangūt ministrat. l Ca. XV
Tunc accesserūt. Moises genesar min⁹ docti credūt ꝙ q̄ sapientes videt ad pugnam venunt. l Non enim lauant man⁹. Intus nihil arguūt qui intus liuore polluti sunt. In vanum q̄dē sua baptismata fuāt: q̄ suoz cordiū et corpoz sordes abluere negligunt.

a Rndēs aūt petr⁹ nō. int⁹tū desiderabat societatē xp̄i q̄ nolebat expectare adue
tū eius vsq; ad nauē: ꝙ volebat occurrere supra aquā: oblit⁹ p amore xp̄i aq̄ pericu
lū. et ī b apparuit mai⁹ miraculū: q: nō sol⁹ xp̄s xp̄ute diuinitat⁹ supra aq̄s ambula
uit: ꝙ etiā petr⁹ eadē xp̄ute ad ipm venit. b Videns vo ventū validū timuit. per
missus ē aūt petr⁹ ex timore submergi: vt cognosceret ꝓpria fragilitatē. sicut ex lua
saluatiōe cognouit xp̄i diuinitatē. Seqt: c Mō. odisse fidei
nō. in b enī apparuit quitas fidei in petro: q: ex q̄ ad p̄ceptū
dei sup aq̄s ingressus ambulauerat. de vēto ꝛtrario timere nō
debebat. d Et cū ascē. nō. In b ostēdit se xp̄s dominum
aeris. sicut ī deambulatiōe sup aq̄s ostēderat se dñm mar⁹
e Qui aūt in na. nō. adoratiōe scz latriq̄ soli deo debet.
f Dicētes: vere filius dei es. Dicitur vere. i. nō metaphorice:
nec p adoptionē sicut sācti: ꝙ ꝓprie ex eiusdem nature.
g Et cū trāsfretassent. Hic ponit quartū miraculū de curatione infirmitat⁹ ad tactū sue vestis. boies enī terre geraze
noz pt⁹ cognouerāt eū miracula facientē et demones eycientē: vt habet. ī. vitā. ca. ī. isto videtes eū cognouerūt et adduxerūt ad eū oēs infirmos illi⁹ regiōis sciētes q̄ poterat eos
curare: et q: nō poterāt p̄ multitudine eum tāgere. ideo:
h Rogabāt eū vt vel fimbriā vestimēti ei⁹ tāgerēt. Ponabat enī xp̄s vestimētū factū ad modū iudeoz q̄b⁹ erat precep
tum vt ī angulis palliox fimbrias inserrēt: vt. ē. habituz
ē. ix. ca. ī. illa erat ꝙs vestimēti q̄ poterat facili⁹ tāgi. Seqt:
i Et quicunq; tetigerūt salui facti sunt. i. corpe et mente: q: illos quos xp̄s sanabat corpe sanabat et mēte. Fm q̄ dr Job.
vij. torū bolem saluum fecit in sabbato. Ca. XIIII

Mozaliter. Intrachat. Seqt: c Hic e Johes
bap. ipe sur. a mor. nō. Oēs credētes resurrectiōez mortuoz
dicerūt eos fore maiozis xp̄ti. post resurrectiōez q̄ añ. per
q̄ moraliter significat q: resurgētes de morte culpe maioza
xp̄ti opa debēt facere q̄ añ vt sic ostēdāt se deo gratos de
sua resurrectiōe. d Dicebāt illi iobes nō. nō omittens dicere veritatē ꝓpt̄ ꝓtrez herodis nec ꝓpter insidiationē herodiadis. et ī b dedit exemplū p̄dicatorib⁹ euangelij vt ꝓpter talia nō omittāt ꝓstāriā veritatē p̄dicādi. e Die aūt natalis nō. p b q: in quinto iobes p̄cipit decollari ad saltatricis petitiōez a sue mālis adultere monitionē. ostendit q: multa mala fiūt ꝓpt̄ crapulā et multiez malitiā. Eccl. xix. Vinus et mulieres apostatare faciūt etiā sapientes. f Q̄ cū audiss. iesus nō. ꝓpt timorē herodis ꝙ vt ostēderet q: aliq̄n dādus est
ire loc⁹ et ꝓdescēdēs fidelib⁹ infirmis q̄ fugituri erant ꝓsecutionis. g Et cū audissent tur. nō. adhuc populares et
pedestres mag⁹ vadūt ad sermones q̄ diuites et equestres.
h Desp aūt facto. p b ait q: pauit eos corpaliter significat
q: plati et curati debent subditos pascere xbo doctrine et sacramēto eucharistie. vñ et iobes euāgelista describens ꝙ miraculū p̄mittit q: ꝓpe erat pasca iudeoz i q̄ fideles pascunt
eucharistia. d Et ītatim ipulit ie. nō. p ascēsionē ī nauicla significat ꝓmotio ad alia ꝓ curā quā nulli⁹ debet assumere
nisi cōpulsus supioris auctoritate. Heb. v. Nec q̄q̄ assumit
sibi honorē ꝙ vocat⁹ a deo tāq̄ aaron. f Et turba dimissa ascē. nō. sic dixerat Mat. vj. Tu aūt cū oraueris ītra cubiculū tū et clauso ostio ora patrē tuū ī abscōdito. g Naucula aūt ī medio mari nō. i. ecclia turbabat psecutionibus.
h Quarta aūt vigilia noctis nō. ꝓmittit eni suos aliq̄n p
turbari ꝙ nō debellari facies cū tēptatione ꝓuentū vt possint sustinere vt dicit. ī. Cor⁹. x. a Videns aūt petrus. p boc
autē q: timēs cepit submergi repzimit aliquoz ꝓsumptiō
qui ardua petunt in quib⁹ deficiunt. c Qui aūt in naucula erāt venerunt et adorauerunt eū. quilibet eni recipiēs
beneficiū ostēdere se debet esse gratū. g Et cū trāsfretassent nō. p b q: curauit oēs male habētes illi⁹ regionis: signi
ficatur q: p̄dicator⁹ euāgelij debet curare lāguidos spiritualiter medicina p̄dicationis et sancte opationis. vñ dicit hic
q: tangentes fimbriā vestimenti christi fuerūt sanati. tange
re xbo fimbriam vestimenti p̄dicatoris est imitari vestigia sue pfectiōis. Ca. XV
Tunc accesserūt. Supl⁹ posita ē publicatio legis euāgelice inter iudeos. hic
ponit ei⁹ ꝓmulgatio q̄tū ad gētiles. et diuidit ī duas ptes. q: ꝓmo ostēdit
ecclia gētiū legitime fūdata. et scōs synagoga indeoū iuste reprobata. xvi.
ca. Ite ꝓma ī duas. q: ꝓmo fūdat ecclia gentiū i fide. scōo in morib⁹. xviij. ca. Prima ī duas. q: ꝓmo reprobat supstitio indaica i lege. scōo declarat i fide xp̄ti euāgelica. sequēti ca. et tertio ꝛfirmat vtrūq; duplici teste et ī xp̄i trāsfiguratiōe. xvij. ca.
Presens ca. diuidit in tres ptes. q: ꝓmo recedit a iudeis cōfutato pr⁹ erroze eoz⁹.
scōo trāsit ad gētiles cōmēdato ī eis fidei amore. ibi: Egressus inde tertio reuertit
ad iudeos collato eis ampliori munere. ibi: Et cū trānsisset. Hoc autē factū est vt per
xp̄i facta ostenderet nobis q̄d futurū esset in eccla: quia in aduētu xp̄i iudei ꝓmotion pte sunt excecati et gentiū ꝓpa illuminati: ꝙ iterū xp̄s ī fine reuertet ad iudeos
q̄ conuertēt

a Manare et vos. Si vos mādata dei ꝓtēnitis ꝓpter traditiones hoim ꝛre arguitis discipulos q̄ mādata hoim dimittūt:
vt scita dei custodiāt. b Illos aūt di. Ezā aūt traditio ꝓtraria est. hoc filios dicere parentib⁹ cōpellitis: q̄b⁹ deo oblatus
erat in mos cōsumo cibos: tibiq; ꝓdest o pater vt munera cōsecrata comedere. Vel q̄ deo offero tibi
ipsi ꝓdest. c Impietatē ꝙ nōie pietatis inducēt: q̄ docent q̄ oblatio dñi q̄
ver⁹ ē pater obsequijs parentū ꝓferatur. et hoc ꝓ lucr⁹ suis. vnde et patres
ne sacrilegij crimē incurrāt: deo consecrata denūtāt: et egestate ꝓficiuntur.
d Quicunq; dixe. scz vita eterna dignus erit. Vel dixerit: id ē dicere potest. e Prōderit nō. Quasi nō. imo
sacrilegus esset si acciperes: q: deo de
uoui. Vel tibi ꝓderit: si deo dedero.
f Bñ ꝓpheravit. Preuidit esaias ī spiritu simulationē iudeoz q̄ in dolo
repugnarēt euāgelio. g Labijs me
bo. Magister: Scim⁹ q: verax es. Vel
exteriorē mundiciā cōmendādo: interiorē q̄ vera ē i eis nō ē. h Nō

Nico.de lyra

qñ quertēur in finc mūdi. Prima in tres: q: ꝓmo xp̄s arguit iudeos ꝙ falsa legis expositiōe. scōo ꝙ apparēti sanctitate. ibi: Hypocrite. tertio ꝙ vana supstitiōe. ibi: Audite et intelligite. Prima ī duas. q: ꝓmo ponit iudeoz malignā interrogatio ad xp̄i deprehensionē.
scōo ponit ei⁹ rūsio vera ad eoz cōfutationē. ibi: Ipe aūt rndens. Ad cuius evidentiā ꝓmeptis iaduertēdum q: a tpe
moysi de volūtate dei ꝓstituti sut. lxx.
seniores etatē ꝓmotib⁹ maturi: et scientia ꝑdit ad regimen ipius ꝓpl⁹: et moyses
erat super eos: ita q: in vniuersis erant lxx. vt habet Rume, xj. et ex illo tpe
statuū ē q: tot cēnt ad regimē ꝓpli ordinati. et illi dicebāt iudices ordiarij:
q: ꝙ impositiōez man⁹ institnebant: vt
habet i glosis hebraicis ī multis locis:
et illi residebāt in bierm⁹. et ad eos fiebat recursus de ciuitatibus in ambiguis et difficilib⁹. et eoz determinatio babebat ꝙ
lege firma quā ñ licebat trāsgredi: vt habet Deut. xxviij. Isti
enā statuebāt aliq̄ q̄ prinebāt ad regimē ꝓpli. et i statutis eoz⁹
erāt aliq̄ q̄ cadebāt sb ꝓcepto tāq̄ necessitat⁹: et aliq̄ sb moniti
one tāq̄ cuiusdā decētie et honestatis. De talib⁹ aūt erat istud
statutū qđ hic tangit: videlicet q: accedētes ad mensā pr⁹ lauarēt man⁹ suas: verūtā pharisei et scribe intellectū hui⁹ mandati volebāt trahere ad quādā falsitatē: videlicet q: ꝙ b acā
rerent q̄dā mundicia spūalis. mouebant aūt ad hoc quia in lege
aliq̄ imūdicie q: corpales ablutiōes dicebāt emundari. et q: discipuli xp̄i aliq̄ q̄ nō erāt necessaria: sz magis cuiusdā supstitionis incūtū intellect⁹ sic trahebāt nō observabant. xp̄m in discipulis suis arguebāt tāq̄ ꝓceptorem doctrine senioz: vt sic
rederēt eū ꝙpo odiosū. a Ipe aūt. Hic ponit xp̄i rūsio vera ad ipoz ꝓfuratiōe dicēs: b Quare et vos nō. nō rndet
dicēdo q: lotio manuū q̄ faciebat ad honestatē esset mala: vel
q: apl̄i ꝑam omittēdo bñ facerent vt facit ad honestatē: sz bñ
facerēt omittēdo ꝓpt̄ supstitionē sed q̄si clauū clauo retūdendo dicit eos deficere: q: faciebāt trāsgredi mādatū dñi ꝓpter
mādatū hoim qđ ꝑbat dicēs: c Mā de⁹ dixit. Exo. xx.
d Honora p. et. nō. Honor iste nō solūmodo ꝓtelligit reuerentia sb et administratio necessariox. hāc aūt excludebāt ꝙ suam
doctrinā falsā: q: sacerdotes q̄ erāt cupidi: vt bona q̄ cēnt ad
ministrāda parētib⁹ ꝙuerterēt i lucra eoz dicebant q: melius
erat illa deo offerre: tū q: ex ꝓncipalibus spūalibus tū q: sz ta
lē oblationē parētes sustinerēt detrimētū corpale: cōsequebant
bonū spūale inq̄tū illud qđ erat i eoz necessitatē cōuertendū deo offerebat. et ex b seqbāt q̄ ꝓceptū de honore parētū in
q̄tū intelligit in b administratio necessariox cuacuabat ꝙ talē
expositionē falsā. Et b ē qđ dicit saluator. e Clos āt di. falsecratū scz exponēdo mādatū dei. f Quicunq; dixerit nō. deo cō
tes i necessitates tuas. et ꝛstructio defectiua. et ē sensus: Qui
cunq;

suas cuz panem manducat. Ipe a
autem respondēs ait illis: Quare et vos trāsgredimini mandatū
dei ꝓpter traditionem vestrā?
Fm imbecillitatē cōsulens. a Fm dando necessaria.
Nam deus dixit: Honora patrē c d
Fm debit⁹ obsequijs parētes iudicauerit.
et matrem. Et qui maledixerit pa
Fm eterna.
tri vl matri: morte moriat. Vos e
autem dicitis: Quicunq; dixerit f
patri vel matri mun⁹ quodcunq;
Fm deo deuotum.
est ex me: tibi ꝓderit: et non ho g h
norificabit patrem suuz: aut ma
Fm ita.
trem suam: et irritum fecistis mā i
Fm de sustēcādis parētib⁹. Fm vñe fuit auaricie.
datum dei ꝓpter traditionem
Fm simulatores. Fm qđ bñ cōuenit morib⁹ eoz.
vestraz. Hypocrite bene ꝓphe l
Fm in glosa dei.
tauit de vob esaias dicens: † Po †
pulus hic labijs me honorat coz
autem eorum longe est a me. Si m
Fm ideo. Fm nō habituri mercedē cum veris cultoribus.
ne causa autez colunt me: docen n o
tes doctrinas et mandata hoim.

a Et conuocans. Nō solū ad se sed ad discipulos: q: ꝓpter eos dicebat.
b Audite et intelligite. Ad maiorē
ītellectū ꝙsiderādū q: p̄ p se tenet ꝙ
uidere filijs: q: ē causa eoz q̄tū ad eē
et lō debet eis nutrimētū et documētū.
filij aūt tenet ꝙuidere parētib⁹ de necessarijs ꝙ accidēs. i. si indigeāt et ipe
sit potēs. et lō si ꝓ tā necessitatē incurrerit. bona de q̄bus filij⁹ pōt sibi administrare ītā fūr sibi debita. de alieno aūt † Exo.20.b
null⁹ pōt deo sacrificiū facere. et lō ta Deu.5.b
lia deo offerre nō ē licitū: q: b ē trans- Mar.7.b
gredi ꝓceptū de honore parentū. Secus aūt eēt si filij⁹ bona sua deo vouisset vel ꝓsecrasset añq̄ parētes essent ī
necessitate positi: q: tūc nō esset licitum
de eis ꝓuidere parētib⁹: q: si eēt deo
votū factū de aliq̄ imolaticio non posset ītmutari. si aūt de aliq̄ nō immolaticio nō poterat mutari nisi ꝙ redēptionē. Ex dictis ꝓtz falsitas illi⁹ opinionis
q̄ dicit q: filij⁹ post ꝓfessionē factā ī religione tenet exire claustrū. ꝓpt̄ necessitatē parentū etiā ꝓtra volūtatē sui superiors: q: ꝙ talē ꝓfessionē est deo ītā ꝓsecrat⁹. et ideo ꝓpt̄ necessitatē parentū nō debet ꝓ votum tale facere. Hoc etiā ꝓtz alia rōne: q: filij⁹ cum venerit ad eratē adultā: sicut pōt inuitis parētib⁹ licite matrimoniū ꝓtrahere vl ad sacerdotiū. ꝓmouer⁹: ita etiā religionē ingredi cessante tunc necessitate pa ††.di.ii.fe
rētis: ꝙ p sacerdotiū exercisak de b ꝙ nō lusa xps
tenet subijcere patri p vsū armoniū. si Esa.xxix.b
ab hostib⁹ inuadat: q: ītā nō ē sibi licitū pugnare cōtraliter. Sicut per matrimoniū exercisak q̄ nō tenet manere cū
patre q: ē obligat⁹ vxori. q̄ multo fortius p ꝓfessionē factā in religione exercisak a subuenīēdo parentibus: nisi fm
modū ꝓueniēte sue regule. et p consequēs nō debet ꝓpt̄ b ꝓ votū obediētie facere: imo ēt inobediēs b faciēdo. Per b ꝓtz solutio cuiusdā rōnis que solet ad
oppositū induci q̄ talis ē: Votū factū de bis q̄ sūt supērogationis ñ ꝑtinet illis q̄ sūt de necessitate ꝓcepti: cū ꝓceptū impleri sit necessitatis. vouere aūt talia nō ꝛb votum religiōis ē
de bis q̄ sūt supērogatiōis. subuenire aūt parentib⁹ in necessitate ē de necessitate ꝓcepti: q̄ ꝙ votū religionis ꝙ ꝓfessionem
solēniatū nō absoluit aliq̄s q̄n teneat ad ministrare parentibus sicut ante. ergo ꝙ ꝓsequēs tenet exire claustrū ꝓpt̄ necessitatē parētū etiā ꝓ voluntatē superioz. Dicendū q: ꝙ ꝓfessionē nō absoluit a ꝓcepto: bñ tū absoluit ab aliquo mō implēdi ꝓceptum: q: ꝓcepti de honore parentuz est affirmatiuū: et
ideo nō obligat ad semp. sed ꝙ loco et tpe et alijs debitis circūstantijs que aliq̄n variant fm ꝓditionē ipius implentis ꝓceptum: q: aliqs modus subueniēdi patri efficit incōueniēs
et illicit⁹ ipi filio ꝙ assumptionē alicui⁹ statⁿ liciti imo etiā ꝓfecti. sicut subuenire patri ꝙ defensionē armoz efficitur illicitū
ꝙ sacerdotij statum. tenet tū ei subuenire alijs modis suo statui ꝓueniētibus: ita eodē modo post votū obediētie subuenire patri ꝛ voluntatē supioris efficit illicitum ipsi religiosoz⁹ te
netur tū ei subuenire modis ꝓueniētibus ꝓfessioni sue.
l Hypocrite. Hic redarguit saluator: iudeos de falsa sanctitatis simulatione: q: ad hoc q̄ essent ī reuerētia xp̄i ostēdebāt sanctitatē in verbis et in exteriori ꝙuersatione: cū tū corrupti
essent intērione: sicut fuerat ꝓphetatū ꝙ Esa. xxix. Iz sub alijs
verbis ponat q̄b⁹ dicit: sentētia tū ē eadē. Sequit: m Sine
causa. i. frustra. n Colunt me. Sicut enī medicina dicit sine causa vel frustra ꝓpinari que non confert sanitatem: sic
cultus diuin⁹ qui nō ducit ad verā felicitatē. Sequitur:
o Docētes doctrinas et mādata hoim. q: ꝓpter suā auaricia docebāt trāsgredi mandatū dei ꝓpter traditionem suā:
vt visum est in falsa expositione ꝓcepti de honore parentū.
et hoc etiā faciebant ꝓpter suam superbiā: vt ꝓpter doctrine auctoritatē populus deferret eis maiorem reuerentiam.

Audite et

Universidad de Sevilla Biblioteca

¶ a Nō qđ intrat ꝛc. Nihil est extra hominez quod interius inquinet: nec idoloticū i hoc q̄ dei creatura est. b No sermone oīs superstitio observationū elidit: cū in discernentis cibis religio putet. b Tūc accedentes ꝛc. Pharisęoꝝ magna ē religio i cibis: q̄ audito xbo ꝟ scandalizati sūt: id ē indignati sunt. c Scādalizati sūt. Scandalon vel scandalum grece nos offendiculuz vel ruinā vel impactiōz pedis possumus dicere. Hinc: Qui scādalizauerit aliquē. i. occasionē ruine dederit. d Sinite. Permittite suo arbitrio: qz irrevocabiles sūt. Hinc Paul⁹: Hereticū hominē post primā ꝛ secundā correctionē deuita. e Edissere. Qđ apte ē dictū putant apli p parabolā dictum. Utiosius ē auditor: q̄ vl obscura manifeste vl mānifeste dicta obscure vult intelligere. f De coz. ꝛc. Non enī a diabolo immittunt: sed ex ꝓpria voluntate nascunt. Diabolus enī incētor: est nō auctor: qz nec interioza nisi p habit⁹ ꝛ gest⁹ nouit. g Nō lotis. Spūalia dicta ꝓphetarum de cordis ꝛ corpis castigatiōe: vt hec: Lauamini m.e. pharisei carnaliter de solo corpore accipiebant qđ vanum est fieri.

b Et egressus inde iesus ꝛc. Relictis calumniatoribus itrat fines tyri et sydonis vt filiam liberaret et per fidem gentilis femine perfidiaz scriba rum argueret. c Relictis calumniatorib⁹ significat qđ post resurrectionem relicturus esset perfidiaz iudeoꝝ: per ꝓdicationē iturus ad gentes. i Et ecce mu. Idem marc⁹ dicit nisi q̄ ait: Jesum fuisse in domo cū mulier venit. Matheus ꝓ ista xba: Dimitte eaz qz cla. post nos: innuit q̄ post ambulantem iesum preces emisit. Venit ergo mulier in domum vbi erat iesus: sed qz matthe⁹ ait: Nō rndit ei verbū. dedit intelligere: qz ambo tacuerūt: ꝛ i silētio egressū esse iesum: ꝛ tota cetera ꝓtulerunt que i nullo discordant. k Clamauit dicens ꝛc. Per fidem clamat. ꝟū nouit vocare filiū dauid: xpi icarnationē ꝟ fitēs. Rogat ꝓ filia. i. ꝓ ppio suo

a Audite ꝛ itel. Hic saluator: arguit iudeos de vana superstitiōe, ꝛ diuidit i duas ptes, ꝛ ꝓmo facit qđ dictū ē in generali. secdo magis explicat intentionē suaz ptes, ꝛ ꝓmo facit qđ dictū ē in generali. secdo magis explicat intentionē suaz in ꝑticulari. ibi: Nōdēs aūt petr⁹. Prima i duas. qz ꝓmo i generali ponit sūa documētū. secdo ex ꝟbis subiūgit pharisęoꝝ scādalū. ibi: Tūc accedētes. Circa pmū aduertēdū q̄ sicut dictū ē: lotio manuū aī comestionē vel cibariox apposition faciebat ad quādaz honestatē ꝛ mūdiciā corpalē: ꝛ in ꝟ erat bonū: ita si omitteret dicere q̄ ex ꝟ incurreret imūdicia spūalis. ꝟ ē falsū ꝛ superstitiosū: qz imūdicia spūalis ꝓuenit ab interiori delectatione ꝛ ꝓsensimēntis: nō ab ipsis reb⁹ corpalib⁹. ꝛ ꝟ ē qđ ꝟ. b Et vocatis ad se turbis dixit eis: Audite ꝛ itelligite: Nō quod ✠ Aug⁹. Dō timeo imūditiam oblonj: sz cupidi- tatis. a ✠ verba malicia cordis exprimentia. intrat in os coinquinat hominez: ✠ carnis. sed qđ procedit ex ore hoc coinquinat hominez. Tunc accedē tes discipuli ei⁹ dixerūt ei: ꝛ Scis ✠ quorum religio est in abis. quia phārisei audito verbo hoc scādalizati sūt. At ille rndēs ait: ✠ docto: es cū sequacib⁹ suis q̄ nō habēt fundamentum xpm: coz figētes in terrenis. ✠ carnalis cupiditas cuz consulunt. Omnis plantatio quā non plantauit pater meus celestis eradicabitur. ✠ de terra viuentiū. a ✠ ceci tradītionib⁹ cenebrosis luce mādatorum dei priuati. b ✠ qz non solum sibi non ꝑspiciunt sed etiam aliox in ꝓcipitium trahunt. bis. Sinite illos: cēci sūt: ꝛ ducēs cecox. ꝛ Cecus aūt si ceco ducatū ꝓstet: ambo in foueam cadūt. ✠ ad ꝓdictā. Respondens autez petrus dixit ei: Edissere nobis parabolā istā. ✠ quasi mystica sit in hoc intelligentia. ✠ increparias. ✠ putat⁹ mysticum quod est ꝓprie dictum. At ille dixit: ꝛ Adhuc ꝛ vos sine intellectu estis? Non itelligitis: qz omne qđ in os intrat in ventrez vadit: ꝛ in secessuz emittit. Que ✠ ꝟba aūt turpia vl nociua. ✠ decordis imūdi autem ꝓcedunt de ore: de corde exeunt: ꝛ ea coinquinant hoiez. cia a ✠ inquinarum cogitatione magis inqnat sordida locutione. De corde eni exeūt cogitatiōes male: homicidia: adulteria: fornicatiōes: furta: falsa testimonia ꝛ blaspheme. Hęc sūt q̄ coinqnāt hoiem. Nō lotis aūt manib⁹ mā ducare nō coinquinat hoiem. Et egressus inde iesus secessit in partes tyri ꝛ sidonis. Et ecce mulier ✠ mētis significatiua. ✠ Et ea coinqnāt hoiez. qđ sunt male cogitationis significatiua. ꝛ b ē qđ sequit: a Ex corde eni exeūt cogitatiões male. ꝛ ꝓsequens. b Homicidia. i. ꝟsus ꝛ colloqa ad ꝓcurandū hmōi vitia q̄ hic rangūt ꝛ cōsimilia. c Hec sūt q̄ coinquinant hoiem. spūaliter. d Nō lotis autē manib⁹ ꝛ. immundicia spūali. e Et egressus inde secessit ꝛc. Reꝓbato errore pharisęoꝝ. hic christus transit ad gētiles: vt ex deuotione gentilium ostendat iusta reꝓbatio iudeoꝝ. ꝛ hoc ē quod dicit: Et egressus iesus inde secessit in partes tyri et sidonis. Tyrus et sidon sūt q̄dam ciuitates site in terra ꝓmissionis ꝓpe montes libani: qz filij isrl nō potuerunt totaliter expellere gentiles de terra sua. f Et ecce mulier chananea. nationē scz. Chananei enim habitauerūt in terra promissionis ante filios israel: nec potuerunt per eos totaliter extirpari. vnde ista mulier ab illis qui remanserant descenderat. Ista autem audiuerat miracula et famam iesu christi et ideo firmiter credebat q̄ filiam suam sanare poterat. g A finibus illis egressa. quia christum sequebatur in via ad impetrandum sue filie sanationem. Marcus tamen dicit. vij. ca. q̄ venit ad iesū intra domū. ꝛ hoc est verum ꝓmo: sed quia eam ibi non exaudiuit secuta est euz in itinere clamans: b Miserere mei domine fili dauid. Audiuerat enim christum ꝓmissum iudeis descendere de genere dauid.

¶ nondū credēte vt ipsa a fraude diaboli absoluāt. Vel filia ē anima vel ꝓscientia cuiuslibet intra ecclam diabolo mancipata: ꝓ q̄ mater ecclesia rogat: vel ipse homo ꝓ fedata conscientia.

Mat.10.b b Qui nō rndit. Nō de superbia sz ne sit ꝓtrā? inde fuc. In vtam. gē. ne ab. Hā vitat calūniā iudeoꝝ: gētiū ā fal⁹ passionis et resurrectionis tpi

Mystice ꝟual Mysti. Qui non rndit: Si ad ꝑma petitiōnē ecclie dōs salutē aīe differt dare: non ē despatādū: vl a petēdo cessandū: sz magis ꝓcib⁹ insistē dū: ꝛ ad deū: ꝛ ad factos donec orent ꝓ eccla: et tunc ꝓficietur oratio.

b Nō sū miss. Quasi dicet: pat⁹ opter me sacra mēta mei aduēt⁹ complere in iudeis: ꝛ sic ad ducē alias oues: et ꝟ de signo petitionē hui⁹ differē do. c Dane fi. Verbū salutis qđ pat⁹ debet iudeis: nō ē bonū dare canibus vel gentib⁹ canina rabie latrantibus semper.

d Etiam dne. Sub ꝑsona mulieris: mira fides ecclie: ꝛ patientia: ꝛ humilitas ꝓdicat. Fides: qz credit posse sanari filiā. Patientia: qz rotiens despecta i ꝓcib⁹ pstat. Humilitas: qz se nō canib⁹: sed catellis comparat.

e Mā ꝛ catelli. Mensa ē sacra scriptura: mice pueroꝝ sūt ꝛterna mysteria ꝟbus humiles reficiunt ꝟ mēsa: qz scriptura humilitē subditi: catelli: gētes: būiles. quuli edunt nō panes nō crustas. i. sūpfe superficiē: sz medullā.

f. 5. b f Magna ē fi. Sic supra ✠ centurionis: nō tuli tātā fidē in isrl: q̄ silr (vt ꝟ chananea) fidē gētiū ꝓsignabat. Magna est fides gentiū q̄ in audiru auris obedīt: ꝛ ō salutē sibi sitiēs ipetrat. Oz pueri centurionis ꝛ filia chananee nō veniēs ad eos sanat: significat gētes ad ꝟs non venit ꝓ pātā salutādas ꝓ xbum suū. g Et sa. ē ꝛc. Ubi dat exēplū catheciçandi ꝛ baptiçādi infātes qui nec sape nec facē aliqđ possūt: ꝟ ꝓ fidē ꝛ ꝓfessionē ꝓ rētū ilberant a diabolo. h Et cū trās. ꝛc. Cuz i filia chananitidis salutē gentiū ꝓsignasset: reuertit i iudeā: qz cum plenitudo gētiū itrauerit tūc oēs isrl salu⁹ fiet.

i In monte. Dns in monte: xbūs in alto sedet: qui i sua maiestate nō posset intelligi. k Et cos. Ceci sūt q̄ nō itelligūt etiā si obediāt iubētibus. Surdi q̄ nō obediunt etiam si intelligant.

l Jesus aūt. Cōuocat discipulos vt doceat magistros cū minorib⁹ cōicare ꝓsilia sua. Vel vt ex locutione intelligant signi magnitudinem.

a Qui nō rndit ei verbū. nō ꝓpter indignationē: sed vt ex perseuerātia ei⁹ in ꝓcc ostendat ecclē fides eius ꝛ deuotio discipulis. b Et accedētes discipuli ꝛc. moti enim erant ad hoc videntes eius fidez ꝛ deuotionem.

c Ipe aūt respondit. ꝓmo negatiue tamē sine improperio dicēs: d Nō sū missus ꝛc. qz xps erat ꝓmo ꝛ ꝓncipaliter missus iudeis tāq̄s apls eoruz. ꝛ ideo in ꝓpria ꝑsona non ꝓdicauit nisi iudeis nec fecit miracula nisi i casu ex alīq̄ speciali causa: vt. s. ostēderet ecclam in fide gētiū esse fundandā: sicut habet hic. ꝛ Job. iiij. vbi xps predicauit samaritanis deuote cū recipientib⁹. Post mortē aūt xpi fides ꝓdicata est publice gentib⁹. Et ꝟ est qđ dicit apls Roma. xv. Dico aūt xpm iesum ministrū fuisse circūcisionis. i. apim iudeoꝝ ꝓpter veritatē dei ad cōfirmādas ꝓmissiones patrū: qz antiqs patribus iudeoꝝ fuerat facta ꝓmissio de xpo sic abrae ꝛ dauid: qz tū indei ꝓ maiori pte fidem xpi repulerunt ꝛ gētiles eā suscēperunt: ideo apls subdit ibidem Roma. xv. gētes aūt super misericordia honorare deū ꝛc. sequit: e At illa venit ꝛ adorauit eum. adoratiōe lacrie dicēs: f Dne adiuua me. Infirmitatē eni filie sue reputabat sūā ꝛ ꝓ ꝟsequēs sanationē. g Qui rndēs. negatiue sz ꝛ cū improperio. aīt: h Nō est bonū sumere panē filioꝝ. i. deo certinā ꝛ miracula ꝓmissa iudeis tāq̄s spūalibus filiis ꝓpter cultū vnius dei. i Et mittere canib⁹: id est dare gētilib⁹ q̄ erant dediti cultui idoloꝝ: sic canes circa cadauera aialiū defunctoꝝ. k Et ait illa dixit etiā ꝛc. i. bonū est in casu. l Nā ꝛ catelli edunt ꝛc. q. d. sicut catelli aliqua modica vtpote micas cadentes de cibo cōcesso filijs petipunt: ita etiam gentiles debebāt aliqd saltem modicum ꝓpere de bñficijs xpi: ex quo ptz q̄ non est cōtrarie ras in xbo xpi cū dicit: Nō est bonū ꝛc. est bonū hui⁹ mulieris dicēris: imo bonū ē: qz xbū xpi est i relligēdū q̄ nō erat regulariter ꝛ vniuersaliter bonū: cū xps esset apls iudeoꝝ vt dictū est. xbū aūt hui⁹ mulieris intelligendū est in casu ꝓpter. s. petētis deuotionē ꝛ vt ostenderet ecclesie gentiuz futuram fundationē. m Tunc respōdens iesus ait: o mulier magna est fides tua: qđ patz ex xbo ei facto suo: qz nō fuit retardata a feruoze petēdi. ꝓmo ꝓpter christi taciturnitatē. nec scdo ꝓpter eius responsionem negatiuā. nec tertio ꝓpter improperiū adiunctū responsioni negatiue. ꝛ ideo subdit: n Fiat tibi sicut vis. q. d. fides tua hoc meretur: qđ patet ex facto cum subdit: o Et sanata ē filia eius ꝛc. Patet etiā ex dictis q̄ tarditas christi ad exaudiendū eius petitionē non fuit ex ignorantia vel volūtate: sz vt ex ꝑseuerantia mulieris ostenderetur fides eius ꝛ deuotio dignior exauditione.

p Et cum trāsisset. Hic tertio christus reuertit ad indeos collato eis amplioꝝ munere sicut post conuersionē gentiū reuerteꝛ ad iudeos ꝓ fidei illuminationē: ꝛ ibi facit eis plura miracula q̄b⁹ aſi. ꝓmo infirmos eoꝝ curādo. secdo cos corporaliter satiando. ibi: Jesus autem. Circa ꝓmū in quodaz generali implicant plura miracula ꝛ diuersorum generum quę si explicarentur in ꝑticulari implerēt vnū magnum libū: ꝓpter qđ dicit Joh. vlt. q̄ si oīa facta christi essent scripta ꝓ singula totus mundus non posset capere libros qui scribendi essent. dicit ergo: q Et accesserūt ad eum. scz cum reuersus fuisset ad iudeos. r Turbe multe. quia de multis ciuitatibus ꝛ castellis ꝛ villis venerant ad impetrandum sanationem infirmoꝝ: et hoc est quod sequitur: s Habētes secum mutos: cecos: claudos: ꝛ debiles. Debilitas accipit hic ſm Hiero. nō in generali sed i speciali: quādo scz nō potest quis se iuuare de vna manu. hoc modo dicit debilis sicut claudus qui non potest ambulare nisi de vno pede. Iste autem infirmitates erāt incurabiles vis a nature ꝛ medicine. ideo ꝓpter curationem eaꝝ recurrebāt hoies ad christū cui nihil impossibile.

v Et alios multos. hoc addit euangelista ad includendū omnia infirmitatum genera. t Et ꝓiecerunt eos ad pedes eius. vt illi qui nō poterāt fidem ꝛ deuotionē ostēdere xbo vt surdi ꝛ muti. saltē ostenderēt eā facto. y Et curauit eos. solo. s. xbo. Ille solo verbo poterat curare qui solo verbo poterat mundū de nihilo creare. z Jesus autem conuocatis discipulis suis. Hic ponitur miraculum de multiplicatione panum.

D

¶ a¶ Miserẽor tur. Turba triduo sustinet dñm: qz fideles penitẽtes se ad dñm in oge ⁊ sermone ⁊ cogitatione conuertũt q̃ in pfentis vite via deficerent: si in sua ꝓscientia sine doctrine pabulo dimitterent. ¶ In superiori signo ꝓpinqui memorãt ⁊ vicini q̃nq; seniuũ: ⁊ eoz nõ recorda

a ¶ Miserẽor: turbe. Hoc aũt ꝑdixit aplis vt ipos induceret ad pietatẽ. b ¶ Quia triduo iam pseuerãt mecũ. qz tantũ afficiebant ad doctrinã xpi audiẽdã ⁊ videndũ ei⁹ miracula q̃ p tres dies non recedebãt ad loca ꝓpria manẽtes cũ xpo in loco deserto ⁊ sub diuo: et

tur dñs: ꝟz discipuli in vespa iã inclinato sole. ¶ Dic dñs se misereri dicit et ãre? qz triduo iã p me. In toto ꝛculo tertiũ xps ẽ q̃ gra dat. primũ añ legẽ. scdm sub lege. tertiũ sub gra. q̃rtum est in futuro: vbi dies erit sine nocte ad qs tendens reficitur in via. b ¶ In deserto panes. Panes ꝑdicatores: desertum sese. i. infecũdos dicũt. Quasi: vñ nobis tãta facũdia vt possimus tam autdis auditorib⁹ sufficere? c ¶ Et accipiẽs. Et ostẽdat se congaudere de salute hominũ: ⁊ nos ad agẽdas gras i formet etiaz de temporalibus. d ¶ Septẽ pa. Septiformis spũ pascit adiuncta aplica auctoritate. q. panes ordũ piscium sapore q̃ non reficiũt exemplo sue vite vel morũ. ¶ Septem panes scriptura nouũ testamenti in q̃ gra spũssancti ⁊ reuelat ⁊ dat. Hec sũt hordeacei: vt. ꝟ. q̃ b nõ (vt i lege) vitale alimentũ aĩe figuris. q. tenacissima palea tegit. Hic nõ duos pisces (vt in lege duo vngebãt: rex ⁊ sacerdos) ꝟ panci. i. sancti noui testa. q̃ de fluctib⁹ ꝛculi sũt crepti: ⁊ sustinent turbulentũ mare ⁊ exẽplo suo nos reficiũt: ne in via deficiam⁹. Ibi supza fenum: vt deficiãt carnis cõpimanf: ꝟ sup terrã vbi ⁊ ipe mund⁹ relinqui ꝓcipit. Vel mons i quo dñs reficit est altitudo xpi. Ibi ergo fenũ sup terrã: qz ibi celsitudo xpi. ꝓpter carnales carnali spe ⁊ desiderio tegitur. hic remota oi cupiditate carnali: cõiuasno. te. spei ꝓmanent⁹ soliditas continet. Ibi. v. m. qz carnales v. sensib⁹ subditi: hic q̃ttuor ꝓpter q̃ttuor xtutes q̃b⁹ spũalit vinit: ꝓtudẽtiã: tẽperãtiã: fortitudinẽ: iusticiã. Quarũ ꝓma cognitio ẽ rerũ appetendarũ et vitandar. Seda refrenatio cupiditatis ab his q̃ tpaliter delectãt. Tertia firmitas ꝛ molestias ꝛculi. Quarta q̃ p omes diffundit dilectio dei ⁊ ꝓximi. Et ibi ⁊ b mulieres ⁊ puuli ex/cepti sũt: qz i ve. ⁊ no. te. no mittunt ad numerũ q̃ non ꝑdurãt occurrere i virũ pfectũ vl infirmitate virilũ: vel leuitate mẽtis. Utraq; refectio i mõte celebrata ẽ: qz vtriusq; tẽ. ſcptura altitudinẽ celestiũ ꝓceptor mãdat ⁊ ꝓmiorum: vtraq; altitudinẽ xpi ꝑdicat. c ¶ Et qõ. Altiora mysteria q̃ nõ capit cõmunis turba apli sustollũt: ⁊ implẽt septẽ sportas. i. ꝓfector eozda septiformi spũs gra ad itelligẽdũ illustrata. d ¶ Septẽ tẽ. Sporte iũco ⁊ palmarũ foliis solẽt ꝓtexi: ⁊ significãt sanctos q̃ radicẽ eozdis in ipo fonte vite collocãt: ne arescãt ve iuncus in aq̃: ⁊ palmã eterne retributionis i corde retinẽt. e ¶ Et di. tur. Hic docet q̃ ꝑdicatores ministrato turbe xbo ipi itra cubiculũ eozdis xtutũ debẽt refici pomis. f ¶ In fines mag. Magedan q̃ alio nole oz dalmanuta q̃ est regio circa geralam. ⁊ ite ꝛtrat poma vel nũcia: ⁊ significat hoz tũ de quo dicit: Hor⁹ ꝛclusus fons signat⁹ vbi crescunt poma virtutũ: ⁊ ibi nunciatur nomen domini.

Cañ. 4. b

a ꝟ cõparit vt homo: pascit vt deus. b ꝟ in fide trinitatis lucidi ꝓ suis suorũq; peccatis instãter supplicant.

a † Miserẽor turbe q̃ triduo iã pse a† b
a ꝟ ꝓ curatione suorũ. b ꝟ pabuli scripture.

uerãt mecũ: ⁊ non hãbent qõ mã c
a ꝟ pas⁹ aufert debilitatẽ. post cibos offert sanis. b ꝟ a sacra admonitiõe vacuos.

ducẽt: et dimittere eos ieiunos d†
ꝟ perit qui sine celesti pane ad patriã tendit.

nolo ne deficiãt in via. Et dicũt
a ꝟ rudes in fide: q̃ non recordantur quinq; panis/ buus quinq; milia hominũ satiata fuisse.

b ei discipuli: Unde ergo nobis in e
ꝟ ipsi apostoli deseruũt: q̃ adhuc infecundi.

deserto panes tantos vt sature/
a ꝟ non ignar⁹ sed docendo responsurus.

mus turbam tantaz? Et ait illis f
ꝟ scriptura noui testamẽti.

illi dixerunt septem: ⁊ paucos pi g
ꝟ sancti illius ꝛcemporis quo ea cõdita est: vt quorum fidẽ vitam ⁊ passiones continet.

sciculos. Et ꝓcepit turbe vt di/
a ꝟ sup ipius mõtis soliditatẽ: nullo seno interposito. b ꝟ primũ cõplena in se ꝓcepta que vadat ⁊ sanctorũ vitam in se ꝓfigurans.

c scumberẽt super terrã. Et ãcci/
d piens septẽ panes ⁊ pisces ⁊ gra
a ꝟ sacramẽta aperuit. ꝟ qz ministerio apostolorũ volunt ecclesie distribui cibaria vite.

tias agens frẽgit ⁊ dedit discipu
lis: ⁊ discipuli dederunt popu lo
ꝟ audiendo ⁊ exẽpla intuendo.

et comederunt omnes et satura/
a ꝟ memorie recõdendo ⁊ operando. b ꝟ vt est: Si vis ꝓfectus esse vende omnia ⁊c.

e ti sũt: et quod superfuit de fra/
a ꝟ spũalium fũma ꝓfecto.

f gmentis: tulerũt septẽm sportas
plenas. Erant autẽ qui mãduca
ꝟ nouũ testamẽti popul⁹: non quinq; sensibus obnoxius ꝛ quattuor animi virtutib⁹ exornatus.

uerunt quattuor milia hominuz
ꝟ exceptis leuibus et infirmis q̃ in virũ pfectum non creuerunt.

g extra paruulos ⁊ mulieres. Et di i
missa turba ascẽdit in nauiculaz:
b et venit in fines magedan. k

serpentem significatur: vt dicit Augustin⁹ ibidem. Sic igitur filia mulieris chananee a demonio verak: qñ p sensualitatẽ liferior ratio ad ꝓsensũ peccati mortalis impellit cui⁹ sanatio p matrẽ. i. rõnez superiorẽ a dño petit. nã rõ supior semp ad optima dirigit: ⁊ sic dñs distulit exaudire petitionẽ mulieris chananee vt ei⁹ fides clarior appareret: sic ⁊ dñs aliqñ dimittit impulsũ rõnis inferioris p sensualitatẽ diuti⁹ ꝓtrahi vt augeat meritũ tẽtati: ꝓt qz paulo pecenti stimulũ carnis a se auferri dixit dñs. ij. Cor⁹. xij. virt⁹ i infirmitate ꝓficit ⁊c. o ¶ Et cũ trãsisset inde ⁊c. Sedit: p ¶ Et accesserũt ad eum. ⁊c. Lecos aũt illumiat cũ ignorãtib⁹ cognitiõez sue salut⁹ infundit. Mutos etiã curat cũ eoz linguas in laudẽ sui creatoris solui. Similer claudos cũ i via insticie gressus eoz dirigit. Debiles fortificat cũ pigros ⁊ accidiosos opari bonuz virilit facit. Turbe xo mirant ⁊ deũ glorificãt cũ ex talib⁹ mutationib⁹ q̃ sunt dextre excelsi deũ laudãt. a† ¶ Miserẽor turbe ⁊c. p q̃ttuor hoim milia q̃ xpm in deserto sũt secuti: significat multitudo credentiũ in xpm de q̃ttuor partibus

partib⁹ mũdi. d ¶ Et dimittere eos ieiunos nolo ne deficiãt in via. scm q̃ dicit Hrego. i Homel. In pũi vita q̃si i via sum⁹ q̃ ad patriã pgim⁹. q̃ ne fideles in hac via deficiãt: poscẽdi sũt a pastoribus: doctores ⁊ curatos pane sane doctrine ⁊ sacre scripture: ⁊ eucharistie q̃ egeẽ septiformi gra spũsseti. ꝓpter q̃ dr hic q̃ fuerãt. vij. panes. ⁊ pauci pisces: p q̃s significant sacre scripture snie a piscatorib⁹ ecclie cũ labore quesite. ¶ In tã. xv. vbi dr i postil. Alos aũt dicit⁹ falsẽ exponẽdo mãdatũ.

